**noscō, noscere, nōvī, nōtum:** to become acquainted with, know

**octāvus, a, um:** eighth

**omnipotēns, omnipotentis:** all powerful

**prō:** (prep. + abl.) in place of, on behalf of

**quaerō, quaerere, quaesīvī, quaesītum:** to search for, seek

**quam:** (adv.) than, as, how

**quisquam, quaequam, quidquam or**

**quicquam:** anyone, anything

**quoniam:** (conj.) since, because

**reveniō, revenīre, revēnī, reventum:** to come back, return

**rursus:** (adv.) again

**sciō, scīre, scīvī, scītum:** to know

**sententia, ae f.:** opinion, thought

**Tiresiās, ae m.:** Tiresias, a man known for wisdom

**tūtus, a, um:** safe

**uterque, utraque, utrumque:** each of two, both

**violō, violāre, violāvī, violātum:** to treat with violence, outrage, rape

**viridis, e:** green

**virilis, e:** manly, masculine

**voluptās, voluptātis f.:** pleasure, enjoyment

**DEMONSTRATIVES*****hic, haec, hoc***: this, these

	<i>Singular</i>			<i>Plural</i>		
	<i>Masculine</i>	<i>Feminine</i>	<i>Neuter</i>	<i>Masculine</i>	<i>Feminine</i>	<i>Neuter</i>
<i>Nominative</i>	hic	haec	hoc	hī	hae	haec
<i>Genitive</i>	huius	huius	huius	hōrum	hārum	hōrum
<i>Dative</i>	huic	huic	huic	hīs	hīs	hīs
<i>Accusative</i>	hunc	hanc	hoc	hōs	hās	haec
<i>Ablative</i>	hōc	hāc	hōc	hīs	hīs	hīs

***ille, illa, illud***: that, those

	<i>Singular</i>			<i>Plural</i>		
	<i>Masculine</i>	<i>Feminine</i>	<i>Neuter</i>	<i>Masculine</i>	<i>Feminine</i>	<i>Neuter</i>
<i>Nominative</i>	ille	illa	illud	illī	illae	illa
<i>Genitive</i>	illius	illius	illius	illōrum	illārum	illōrum
<i>Dative</i>	illī	illī	illī	illīs	illīs	illīs
<i>Accusative</i>	illum	illam	illud	illōs	illās	illa
<i>Ablative</i>	illō	illā	illō	illīs	illīs	illīs

***is, ea, id***: this, that (as a pronoun: he, she, it, they)

	<i>Singular</i>			<i>Plural</i>		
	<i>Masculine</i>	<i>Feminine</i>	<i>Neuter</i>	<i>Masculine</i>	<i>Feminine</i>	<i>Neuter</i>
<i>Nominative</i>	is	ea	id	eī/ī	eae	ea
<i>Genitive</i>	eius	eius	eius	eōrum	eārum	eōrum
<i>Dative</i>	eī	eī	eī	eīs	eīs	eīs
<i>Accusative</i>	eum	eam	id	eōs	eās	ea
<i>Ablative</i>	eō	eā	eō	eīs	eīs	eīs

***iste, ista, istud***: that, those

	<i>Singular</i>			<i>Plural</i>		
	<i>Masculine</i>	<i>Feminine</i>	<i>Neuter</i>	<i>Masculine</i>	<i>Feminine</i>	<i>Neuter</i>
<i>Nominative</i>	iste	ista	istud	istī	istae	ista
<i>Genitive</i>	istius	istius	istius	istōrum	istārum	istōrum
<i>Dative</i>	istī	istī	istī	istīs	istīs	istīs
<i>Accusative</i>	istum	istam	istud	istōs	istās	ista
<i>Ablative</i>	istō	istā	istō	istīs	istīs	istīs

*īdem, eadem, idem*: the same

	<i>Singular</i>			<i>Plural</i>		
	<i>Masculine</i>	<i>Feminine</i>	<i>Neuter</i>	<i>Masculine</i>	<i>Feminine</i>	<i>Neuter</i>
<i>Nominative</i>	īdem	eadem	idem	eīdem/īdem	eaedem	eadem
<i>Genitive</i>	eiusdem	eiusdem	eiusdem	eōrundem	eārundem	eōrundem
<i>Dative</i>	eīdem	eīdem	eīdem	eīsdem	eīsdem	eīsdem
<i>Accusative</i>	eundem	eandem	idem	eōsdem	eāsdem	eadem
<i>Ablative</i>	eōdem	eādem	eōdem	eīsdem	eīsdem	eīsdem

Tiresias appears in Greek literature as a figure known for his great wisdom and forethought. In Homer's *Odyssey*, Odysseus travels to the Underworld to seek Tiresias' advice. In tragedies such as Sophocles' *Antigone* and Euripides' *Bacchae*, Tiresias is a character who tries to deter the protagonists from their destructive behavior. In another Sophoclean tragedy, *Oedipus the King*, Tiresias' physical blindness draws attention to his remarkable inner vision. In that play, Oedipus ignores Tiresias' advice and ends up blinding himself upon realizing the horrible truth about his identity, highlighting the connection between vision and knowledge. The fact that Tiresias spends time both as a woman and as a man no doubt contributes to his great wisdom.

## 12 Bacchus and Pentheus

(*Met.* 3.511–733)

*Pentheus, Cadmus' grandson, refuses to recognize that Semele's son Bacchus is divine and suffers horribly for the outrage.*

- 1 Fāma Tīresiae per urbēs crēscēbat, et nōmen magnum erat. Penthēūs, nepōs Cadmī,  
2 sōlus fāmam huius spernēbat. Penthēūs, contemptor deōrum, verba praesāga  
3 rīdēbat et oculōs āmissōs senis dērīdēbat. Ille senex autem caput album mōvit et  
4 dixit: “Erit deus novus; tempus nōn procul est. Līber, fīlius Semeles, hūc veniet.  
5 Nisi illum venerābis, māter tua et sorōrēs tē dīlacerābunt et tē in mille locīs  
6 spargent. Silvās sanguine foedābis. Verba mea audīre dēbēs, et venerāre deōs  
7 dēbēs.” Nātus ab Echīone tālia verba dērīsīt, sed verba vātis vērā erant.
- 8 Mox Līber adest, et agrī ululātibus fēstīs fremunt. Turba ruit, fēminae cum virīs,  
9 nōbilēs cum vulgō; omnēs ad sacra Bacchī currunt. Penthēūs īrātus clāmāvit: “Quī  
10 furor, anguigenae, prōles Māvortia, vestrās mentēs attonuit? Puer inermis Thēbās  
11 capiet! Aerane, tūbia, fraudēs magicae, et vōcēs fēmineae vincere mīlitēs possunt?  
12 Minimē!” Penthēūs mīlitēs iūssit: “Īte, sine morā ducem turbae ululantis hūc  
13 attrahite.” Cadmus et aliī hunc verbīs corripuērunt, et inhibēre hunc frūstrā  
14 labōrāvērunt. Mīlitēs discessērunt.

### Commentary

**5 māter tua et sorōrēs tē dīlacerābunt:** Cadmus has four daughters: Agave, Ino, Autonoë, and Semele. Semele is dead at this point.

**8 Mox Līber adest, et agrī ululātibus fēstīs fremunt:** Bacchus embodies an embracing of the “other” and freedom from rules. His worship thus included running in the wild, drinking, dancing, singing, and ululating loudly.

**aes, aeris n.:** bronze, something made of  
bronze, bronze cymbal

**albus, a, um:** white

**anguigena, ae m.:** snake-born man

**attonō, attonāre, attonuī, attonitum:** to  
strike with thunder, make senseless

**attrahō, attrahere, attraxī, attractum:** to  
drag, lead

**audiō, audīre, audīvī, audītum:** to hear,  
listen to

**contemptor, contemptoris m.:** a despiser

**corripō, corripere, corripuī, correptum:**  
to seize violently, attack, blame, rebuke

**discedō, discedere, discessī, discessum:** to  
depart, go away, separate

**dux, ducis m.:** leader

**Echīōn, Echīonis m.:** Echion, one of  
the Thebans sprung from the serpent's  
teeth

**eō, īre, īvī or īī, itum:** to go

**fēstus, a, um:** having to do with a holiday or  
festival

**foedō, foedāre, foedāvī, foedātus:** to make  
foul, make filthy

**fraus, fraudis f.:** deceit, deception, fraud

**fremō, fremere, fremuī, fremitum:** to roar,  
murmur

**inermis, e:** unarmed

**inhibeō, inhibēre, inhibuī, inhibitum:** to  
hold in check, restrain

**labōrō, labōrāre, labōrāvī, labōrātum:** to  
work at

**Liber, Liberī m.:** Liber, an Italian deity  
associated with Bacchus

**magicus, a, um:** relating to magic

**Māvortius, a, um:** of Mars, having to do  
with Mars

**mīles, militis m.:** soldier

**minimē:** (adv.) not at all

**mox:** (adv.) soon

**nōbillis, e:** well-known

**Penthēūs, ī m.:** Pentheus, a grandson of  
Cadmus

**praesāgus, a, um:** foreboding, predicting

**prōles, prōlis f.:** offspring, descendants

**ruō, ruere, ruī, rutum:** to rush

**senex, senis m.:** old man

**spernō, spernere, sprēvī, sprētum:** to put  
away, reject, scorn, despise

**tībia, ae f.:** flute, pipe

**ululāns, ululantis:** producing howls, yelling  
loudly

**ululātus, ūs f.:** a howling, shrieking

**vātes, vātis m. or f.:** seer, prophet

**venerō, venerāre, venerāvī, venerātum:** to  
worship, entreat

- 15 Mīlitēs cruentātī revēnērunt. Penthēūs rogāvit: “Ubi Bacchus est?” Mīlitēs:  
 16 “Illum nōn vīdīmus. Hunc tamen, comitem eius famulumque sacrōrum, cēpimus.”  
 17 Mīlitēs nōn sentiunt, sed famulus est Līber ipse. Penthēūs hunc oculīs spectāvit, et  
 18 īra magna fuit. Dixit: “Mīlitēs, hunc rapite, corpus eius cruciāte, et in noctem  
 19 Stygiam dēmittite!” Penthēūs perstitit. Postea, dum mīlitēs instrūmenta cruciātūs  
 20 parant, famulus catēnās āmisit, iūtus ā nullō. Famulus discessit.
- 21 Nunc Penthēūs ipse ad Cithaerōnem vādit. Penthēūs famulum quaerit. Mōns  
 22 cantibus et vōce clārā Bacchārum sonābat. In monte ferē mediō campus pūrus erat,  
 23 spectābilis undique. In hōc locō Penthēūs ambulābat. In hōc locō Bacchae sacra  
 24 etiam faciēbant. Hīc māter prīma illum, cernentem sacra oculīs profānīs, vīdit.  
 25 Māter, dēmēns, clāmāvit: “Sorōrēs, maximus aper est! Errat in nostrīs agrīs. Illum  
 26 ferīre dēbeō!” Omnis turba furēns ruit, et Pentheum dīlacerant. Agāvē, māter  
 27 Pentheī, ululat et caput scindit. Agāvē dīcit: “Iō comitēs, hoc opus est victōria  
 28 nostra!” Verba Tiresiae vera sunt. Nunc populus Thēbānus sacra nova frequentat,  
 29 et semper ārās Bacchī colit.

## Commentary

**18–19 *et in noctem Stygiam dēmittite*:** Ovid uses poetic language here to tell the slaves to kill their captive, who is actually Bacchus himself.

**19–20 *Postea . . . famulus catēnās āmisit, iūtus ā nullō*:** Because Bacchus represents a freedom from societal confines, he resists being bound in chains.

**24 *Hīc māter prīma illum, cernentem sacra oculīs profānīs, vīdit*:** The word *cernentem* agrees with *illum*. Pentheus accidentally sees the secret rituals of the followers of Bacchus.

**Agāvē, Agāvēs f.:** Agave, mother of Pentheus  
**āmissus, a, um:** lost  
**aper, aprī m.:** a wild boar  
**āra, ae f.:** altar  
**Baccha, ae f.:** a Bacchante, female follower of Bacchus  
**cantus, ūs m.:** song, melody  
**catēna, ae f.:** chain, bond  
**cernēns, cernentis:** spying, looking upon  
**Cithaerōn, Cithaerōnis m.:** Cithaeron, a mountain near Thebes  
**colō, colere, coluī, cultum:** to cultivate, tend, worship, inhabit  
**cruciātus, ūs m.:** torture, torment  
**cruciō, cruciāre, cruciāvī, cruciātum:** to torture  
**cruentātus, a, um:** bloody, made bloody  
**dēmēns, dēmentis:** out of one's mind, insane  
**etiam:** (adv.) also, too  
**famulus, ī m.:** servant, attendant  
**ferē:** (adv.) almost, nearly

**frequentō, frequentāre, frequentāvī, frequentātum:** to crowd, flock to, attend  
**furēns, furentis:** raging  
**instrūmentum, ī n.:** tool, instrument  
**iō:** (interj.) the cry of the Bacchantes  
**iūtus, a, um:** helped, aided  
**locus, ī m.:** place  
**nox, noctis f.:** night  
**perstō, perstāre, perstitī, perstātum:** to stand firm  
**profānus, a, um:** not sacred, uninitiated, ordinary  
**pūrus, a, um:** pure, clean, simple, bare  
**rapiō, rapere, rapuī, raptum:** to seize, take, rape  
**sacra, sacrōrum n. pl.:** sacred rites  
**scindō, scindere, scidi, scissum:** to cut, tear asunder  
**spectābilis, e:** visible, worth looking at  
**Thebānus, a, um:** of Thebes, Theban  
**vādō, vādere:** to go, hasten

**PERFECT INDICATIVE ACTIVE****First conjugation**

	<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
<i>1st person</i>	parāvī	parāvimus
<i>2nd person</i>	parāvistī	parāvistis
<i>3rd person</i>	parāvit	parāvērunt

**Second conjugation**

	<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
<i>1st person</i>	inhibuī	inhibuimus
<i>2nd person</i>	inhibuistī	inhibuistis
<i>3rd person</i>	inhibuit	inhibuērunt

**Third conjugation**

	<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
<i>1st person</i>	discessī	discessimus
<i>2nd person</i>	discessistī	discessistis
<i>3rd person</i>	discessit	discessērunt

**Fourth conjugation**

	<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
<i>1st person</i>	audīvī	audīvimus
<i>2nd person</i>	audīvistī	audīvistis
<i>3rd person</i>	audīvit	audīverunt

**esse**

	<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
<i>1st person</i>	fuī	fuimus
<i>2nd person</i>	fuistī	fuistis
<i>3rd person</i>	fuit	fuērunt

In this story, the daughters of Cadmus run freely on the mountain, playing musical instruments and ululating. Pentheus is disturbed by their behavior, which is not at all in keeping with expectations for noble women. Bacchus is a god of intoxication and madness, and he embodies a freedom from the confines of societal rules. He often is attended by women and creatures such as satyrs, whose animalistic half resonates with the wild element of the god. When filled with his essence, his followers experience *ekstasis*, which is a Greek word meaning “a standing outside of oneself.” Cult activity for Bacchus included both *sparagmos* of animals and *omophagia*, which is the consumption of raw flesh.

## 13 Mars and Venus

(*Met.* 4.167–89)

*When Venus has an affair with Mars, her husband Vulcan fashions a trap for the couple out of chains which are as fine as spiderwebs.*

- 1 Sōl prīmus adulterium Veneris et Martis vīdit. Hic deus prīmus omnia videt. Ubi  
2 Venerem cum Marte vīdit, factō indoluit. Sōl furta torī et locum furtī marītō  
3 Veneris, Vulcānō Iūnōnigenae, monstrāvit. Dixit: “Vulcāne, uxōrem tuam cum  
4 Marte vīdī. Herī, ubi utrōsque vīdī, in torō tuō multās hōrās consumpserant.” Cor  
5 Vulcānī excidit. Mēns Vulcānī excidit. Deus opus tenēbat, et quoque illud opus dē  
6 dextrā excidit.
- 7 Deus dē arte eius cōgitāvit. Extemplō catēnās ex aere, rēte, laqueum ēlīmāvit.  
8 Hae catēnae gracilēs oculōs fallere poterant. Stāmina tenuissima illud opus  
9 vincere nōn poterant, nec arānea pendentia dē summō tignō. Deus sibi dixit: “Sī  
10 Mars ad tecta et torum Veneris vēnerit, hae catēnae amantēs inlaqueābunt! Tactus  
11 levis et mōmentum parvum meās insidiās efficiēt.” Tunc catēnās lectō  
12 circumdedit et laqueum collocāvit.

### Commentary

**1–2 *Ubi Venerem cum Marte vīdit, factō indoluit*:** The verb *indolescere* takes an ablative of the thing causing pain to the subject. Translate: *He (Sōl) was pained by the deed.*

**3 *Vulcānō Iūnōnigenae*:** This is in apposition to *marītō*.

**5 *Deus opus tenēbat*:** Vulcan is a craftsman-god, so he is engaged in his work when the Sun tells him about his wife’s affair with Mars.

**8–9 *Stāmina tenuissima illud opus vincere nōn poterant . . . tignō*:** Ovid uses the verb *vincere* here to indicate that Vulcan’s artistry is more delicate than the finest woven works and even spiderwebs.

**11–12 *Tunc catēnās lectō circumdedit*:** The verb *circumdare* takes an accusative of the thing placed and a dative of the thing around which it is placed.

**adulterium, ī n.:** adultery

**arāneum, ī n.:** spiderweb

**cōgitō, cōgitāre, cōgitāvī, cōgitātum:** to think, reflect, consider

**collocō, collocāre, collocāvī, collocātum:** to place, locate

**circumdō, circumdare, circumdedī, circumdatum:** to set around, surround

**consūmō, consūmere, consumpsī, consumptum:** to consume, spend

**cor, cordis n.:** heart

**efficiō, efficere, effēcī, effectum:** to bring about, cause to happen

**ēlimō, ēlimāre, ēlimāvī, ēlimātum:** to polish, elaborate, perfect

**excidō, excidere, excidī:** to fall out, fall from, slip

**extemplō:** (adv.) immediately, straightway

**gracilis, e:** thin, delicate

**herī:** (adv.) yesterday

**indolescō, indolescere, indoluī:** to be pained, grieve

**inlaqueō, inlaqueāre, inlaqueāvī,**

**inlaqueātum:** to trap, ensnare

**insidiae, ārum f.:** ambush, treachery

**Iūnōnigena, ae m.:** son of Juno

**laqueus, ī m.:** noose, snare, trap

**lectus, ī m.:** couch, marriage bed

**Mars, Martis m.:** Mars, the god of springtime and war

**mōmentum, ī n.:** movement

**nec:** (adv.) and not

**pendēns, pendentis:** hanging

**rēte, rētis n.:** net

**stāmen, stāminis n.:** the vertical warp on a loom, woven web, wool threads

**tactus, ūs m.:** touch

**tenuissimus, a, um:** very fine, most delicate

**tignum, ī n.:** beam, ceiling beam

**torus, ī m.:** couch, bed, marriage bed

**Venus, Veneris f.:** Venus, the Roman goddess of love and sexuality

**Vulcānus, ī m.:** Vulcan, the god of craftsmen and fire

- 13 Ubi Venus et adulter Mars in ūnum torum vēnērunt, ambō multum mōvērunt.  
 14 Mōmentum laqueum effēcit, et Venus et Mārs, dēprensī arte marītī, in mediīs  
 15 amplexibus haesērunt. Extemplō Lemnius valvās eburnās patefēcit, et deōs  
 16 immīsīt. Illī ligātī turpiter iacuērunt. Aliquis dē dīs (nōn tristibus) dixit: “Optō sīc  
 17 turpis esse! Sī Venus mē ad thalamum vocāverit, illūc laetus ruam.” Superī  
 18 rīsērunt, et haec fābula nōtissima in tōtō caelō diū erat.

### Commentary

- 14 *Mōmentum laqueum effēcit:*** *Mōmentum* is the subject, and *laqueum* is the direct object.  
**14 et Venus et Mārs, dēprensī arte marītī:** The ablative of means goes with the word *dēprensī*.  
**17–18. *Superī rīsērunt, et haec fābula nōtissima in tōtō caelō diū erat:*** The word *superī* is used frequently to mean *the gods*. Ovid means that this story was very popular among the gods.

**adulter, adulterī m.:** adulterer

**ambō, ambae, ambo:** (adj. and pron.) both

**amplexus, ūs m.:** embrace

**dēpressus, a, um:** seized, caught up

**eburnus, a, um:** made of ivory

**haereō, haerēre, haesī, haesum:** to stick, get stuck

**iaceō, iacēre, iacuī, iacitum:** to lie

**illūc:** (adv.) to that place

**immittō, immittere, immīsī, immissum:** to send in

**Lemnius, ī m.:** of Lemnos, epithet of Vulcan

**ligātus, a, um:** tied up, caught up

**nōtissimus, a, um:** most known, best known

**patefaciō, patefacere, patefēcī, patefactum:** to throw open, open, reveal

**superus, a, um:** high, supreme, situated above

**tōtus, a, um:** whole

**tristis, e:** sad

**turpis, e:** ugly, foul, shameful

**turpiter:** (adv.) in shame

**PLUPERFECT INDICATIVE ACTIVE****All conjugations**

	<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
<i>1st person</i>	consumpseram	consumpserāmus
<i>2nd person</i>	consumpserās	consumpserātis
<i>3rd person</i>	consumpserat	consumpserant

**esse**

	<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
<i>1st person</i>	fueram	fuerāmus
<i>2nd person</i>	fuerās	fuerātis
<i>3rd person</i>	fuerat	fuerant

**FUTURE PERFECT INDICATIVE ACTIVE****All conjugations**

	<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
<i>1st person</i>	consumpserō	consumpserimus
<i>2nd person</i>	consumpseris	consumpseritis
<i>3rd person</i>	consumpserit	consumpserint

**esse**

	<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
<i>1st person</i>	fuerō	fuerimus
<i>2nd person</i>	fueris	fueritis
<i>3rd person</i>	fuerit	fuerint

The story of the adulterous affair of Mars and Venus first appears in Homer's *Odyssey*. There, the blind bard Demodokos entertains everyone with the story at the court of the Phaiakians, where Odysseus has washed up after years of struggling to return home from the Trojan War. Homer compares the delicate chains, which the craftsman-god Hephaestus (Vulcan's Greek counterpart) creates, to spiderwebs, a comparison which makes its way into Ovid's story. The comparison has particular significance in Homer's poem. Later, when Odysseus returns to his homeland, Homer suggests that the marriage bed of Odysseus and Penelope might be full of spiderwebs. So, Odysseus is likened to Hephaestus, and the story of Hephaestus' triumph over his wife's lover by means of his art rather than by might foreshadows Odysseus' own victory over the suitors who have been pursuing Penelope in his absence. Indeed, Odysseus and Hephaestus share the Greek epithet *polymetis*, which means "very resourceful."

## 14 Salmacis and Hermaphroditus

(*Met.* 4.274–388)

*Ovid gives an account of how the spring of Salmacis gains the power to emasculate men who bathe in its waters.*

- 1 Nāidēs puerum, nātum Mercuriō et dīvā Venere, sub antrīs Īdaeīs ēnūtrīvērunt. In  
2 faciē puerī mātrem et patrem cognoscere poterat, et puer nōmen, Hermaphroditum,  
3 ab illīs trāxit. Ubi tria quinquennia fēcit, montēs patriōs dēseruit et in locīs ignōtīs  
4 errāvit. Ad Lyciās urbēs et Cāriam vēnit. Hīc stāgnum lymphae lūcentis usque ad  
5 ĩmum solum vīdit. Salmacis, nympha, stāgnum colēbat. Nec nympha apta vēmātūi  
6 erat, nec arcum flectere solēbat. Hōc diē flōrēs legēbat ubi puerum vīdit vīsumque  
7 habēre optāvit.
- 8 Antequam puerum appellāvit, sē composuit. Amictūs circumspexit, et vultum  
9 fīnxit. Tunc dixit: “Ō dignissime puer, speciēs tua similis deō est. Sīve deus es,  
10 Cupīdō esse potes. Sīve mortālis es, frāter et pater tuus sunt beātī, et soror, mātēr,  
11 et nūtrix sunt fortunātae. Tibi nūbere cupiō.” Rubor ōra puerī notāvit. Cum nympha  
12 oscula poposcit, Hermaphroditus dixit: “Nisi dēsinēs, hunc locum et tē  
13 relinquam!” Salmacis puerō respondit: “Hunc locum tibi trādō.” Nympha discēdere  
14 simulāvit, et sē in fruticibus silvae cēlāvit.

### Commentary

1–2 *In faciē puerī mātrem et patrem cognoscere poterat*: The verb *poterat* is used impersonally here. Translate: *It was possible* ...

**amictus, ūs m.:** dress, garment

**antequam:** (conj.) before

**aptus, a, um:** fitted to, suited to (+ dat.)

**Cāria, ae f.:** Caria, a district in Asia Minor

**circumspiciō, circumspicere, circumspexī,**

**circumspectum:** to look round, survey, consider

**compōnō, compōnere, composuī,**

**compositum:** to compose, put together, arrange

**dēsīnō, dēsīnere, dēsī, dēsītum:** to cease, desist, stop

**dignissimus, a, um:** most worthy

**dīvus, a, um:** divine

**ēnūtriō, ēnūtrire, ēnūtrivī, ēnūtrītum:** to nourish, bring up

**fingō, fingere, finxī, fictum:** to shape, fashion, form

**fortūnātus, a, um:** blessed, happy

**frāter, frātris m.:** brother

**frutex, fruticis m.:** shrub, bush

**Hermaphroditus, ī m.:** Hermaphroditus, the son of Mercury and Venus

**Īdaeus, a, um:** of Mt. Ida, a mountain near Troy

**īmus, a, um:** lowest, deepest

**lūcēns, lūcentis:** shining, gleaning

**Lycius, a, um:** of Lycia, a region of Asia Minor

**lymp̄ha, ae f.:** water

**Mercurius, ī m.:** Mercury, the god of messengers, thieves, and merchants

**nūbō, nūbere, nupsī, nuptum:** to cover, veil, marry (+ dat.)

**notō, notāre, notāvī, notātum:** to mark

**poscō, poscere, poposci:** to request, ask for, demand

**quinquennium, ī n.:** a period of five years

**respondeō, respondēre, respondi,**

**responsum:** to answer to, reply

**rubor, rubōris m.:** redness

**Salmacis, Salmacidis f.:** Salmacis, a nymph in Caria

**similis, e:** like, similar to (+ dat.)

**solum, ī n.:** floor, bottom

**speciēs, speciē f.:** view, sight, appearance

**trahō, trahere, traxī, tractum:** to draw, drag, take

**usque:** (adv.) as far as, all the way to, continuously

- 15 Puer, ut inobservātus, amictum dē corpore tenerō pōnit, et multum nymphae  
 16 placuit. Salmacis cupīdine formae nūdae exarsit. Vix moram tolerat. Iam amplexūs  
 17 cupit, iam sē malē continet. Ille in laticēs dēsilit, et corpus in aquīs liquidīs  
 18 translūcet. Nympha clāmat: “Vīcī, et meus est!” Omnēs vestēs procul iactat, et sē  
 19 in aquam immergit. Nympha sē puerō circumfundit, ut serpēns. Hermaphrodītus  
 20 perstat, et gaudium spērātum nymphae dēnegat. Illa premit, et corporī puerī haeret.  
 21 Salmacis dīcit: “Improbe, nōn effugiēs! Dī, ōrō, sinite nullam diem sēparātiōnis  
 22 venīre!”
- 23 Deī vōta nymphae audīvērunt. Corpora iunxērunt, et ūnam faciem illīs dedērunt.  
 24 Membra in complexū tenācī coiērunt. Nec duo sunt, nec ūnus est. Nec fēmina est,  
 25 nec vir est. Neutrum et utrumque. Ubi membra mollia in undā videt,  
 26 Hermaphrodītus clāmat: “Mūnus nātō vestrō date, pater et māter. Sī quis in hunc  
 27 fontem vēnerit, facite virum sēmivirum!” Parentēs verba nātī biformis audīvērunt,  
 28 et fontem incestō medicāmine tinxit.

## Commentary

**16 *Salmacis cupīdine formae nūdae exarsit:*** The word *cupīdine* is an ablative of cause, explaining the reason why the nymph becomes inflamed. *formae nūdae* is an example of an objective genitive. Translate: *Salmacis burned with desire for the nude body.*

**19 *Nympha sē puerō circumfundit:*** The verb *circumfundere* takes an accusative of what is poured round and a dative of what is surrounded.

**20 *Illā premit, et corporī puerī haeret:*** The verb *haerere* takes the dative here.

**21 *Dī, ōrō:*** *Dī = Deī.*

**21–2 *sinite nullam diem sēparātiōnis venīre:*** The accusative and infinitive depend on the verb *sinere*. Translate: *allow no day of separation to come.*

**26–7 *Sī quis in hunc fontem vēnerit:*** *Sī quis = sī aliquis.* After *sī, nisi, num,* and *nē,* the first part of *aliquis, aliquid* does not appear.

**biformis, e:** of double form

**coeō, coīre, coiī, coitum:** come together,  
assemble

**contineō, continēre, continui, contentum:**  
to hold together, restrain

**dēnegō, dēnegāre, dēnegāvī, dēnegātum:** to  
deny

**dēsiliō, dēsiliŕe, dēsiluī, dēsultum:** to leap  
down

**effugiō, effugere, effūgī:** to flee

**exardescō, exardescere, exarsī, exarsum:** to  
burn, become excited

**gaudium, ī n.:** joy, gladness

**immergō, immergere, immersī,  
immersum:** to dip, plunge, immerse

**improbis, a, um:** wicked

**incestus, a, um:** impure, defiled, sinful

**inobservātus, a, um:** unseen,  
unobserved

**iungō, iungere, iunxī, iunctum:**  
to join, unite

**latex, laticis m.:** liquid, fluid

**liquidus, a, um:** liquid, fluid

**malē:** (adv.) badly

**medicāmen, medicāminis n.:** drug,  
medicine, poison

**mollis, e:** soft, tender

**neuter, neutra, neutrum:** neither

**parēs, parentis m. or f.:** parent

**placeō, placēre, placuī, placitum:** to please,  
be agreeable to (+ dat.)

**premō, premere, pressī, pressum:** to press,  
pursue closely

**sēmivir, sēmivirī m.:** a half-man, effeminate  
man

**sēparatio, sēparatiōnis f.:** severance,  
separation

**sinō, sinere, sīvī, situs:** to let alone, allow,  
permit

**spērātus, a, um:** hoped for

**tenax, tenācis:** holding fast, clinging

**tener, tenera, tenerum:** soft, delicate,  
youthful

**tingō, tingere, tinxī, tinctum:** to wet,  
moisten, dye, imbue

**translūceō, translūcēre:** to shine across,  
shine through

**vix:** (adv.) with difficulty, scarcely

**FIFTH DECLENSION**

	<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
<i>Nominative</i>	diēs	diēs
<i>Genitive</i>	diēī	diērum
<i>Dative</i>	diēī	diēbus
<i>Accusative</i>	diem	diēs
<i>Ablative</i>	diē	diebus

In this story, Ovid offers an aetiological myth for hermaphroditism. In general, Greek and Roman society considered women to be threatening to men's masculinity. Women were thought to be cold and wet by nature and to need constant replenishment of the fluids lost through menstruation to stay healthy. One way to replenish these lost fluids was through sexual intercourse with men. Men were considered to be warm and dry by nature, and it was thought that losing too much masculine fluid through sex with women could cause men's bodies to become soft, their voices to get higher, and, overall, their strength to weaken. Here, the fountain assumes the emasculating power of the nymph herself.



# Taylor & Francis

Taylor & Francis Group

<http://taylorandfrancis.com>

## 15 The transformation of Cadmus

(*Met.* 4.563–603)

*As prophesied, after the misfortunes of his family in Thebes, Cadmus himself becomes a serpent.*

- 1 Cadmus, quī conditor Thēbānus fuerat, victus luctū fortunāque malā et territus  
2 ostentīs quae plūrima vīderat, ex urbe suā reliquit. Errōres longī Cadmum ēgunt.  
3 Denīque fuga conditōrem Thēbānum cum coniuge ad fīnēs Illyricōs agit. Hīc gravēs  
4 malīs annīsque fāta domūs retractant, et suōs labōrēs relegunt. Cadmus dīcit:  
5 “Num sacer ille serpēns, quem cuspide meā trāiēcī et cuius dentēs vīpereōs per  
6 humum sparsī, erat? Sī serpēns sacer erat, dī iniūriam tam malam vindicābant. Ipse  
7 igitur dēbeō esse serpēns, porrectus in alvum longam. Hoc dīs placēbit.”
- 8 Haec dīxit, et subitō dī senem in alvum longam porrexērunt. Cadmus serpēns erat!  
9 Squāmās dūrātās sēnsit. Guttae caeruleae corpus variāvērunt, et prōnus in pectus  
10 cecidit. Crūra sē in ūnum commīsērunt, et paulātīm in acūmen teres crēvērunt.  
11 Bracchia restābant. Bracchia quae restant tendit et cum lacrimīs dīcit: “Accēde,  
12 accēde, miserrima uxor, dum aliquid dē mē superest. Mē tange, et manum accipe,

### Commentary

**1–2 *territus ostentīs quae plūrima vīderat*:** *plūrima* agrees with *quae* but is more easily construed with the antecedent *ostentīs*. Translate: *scared by the very many portents which he had seen*.

**3–4 *gravēs malīs annīsque*:** The ablatives *malīs* and *annīs* explain the adjective *gravēs* here. Translate: *burdened with evils and the years*.

**accēdō, accēdere, accessī, accessum:** to approach, come near  
**accipiō, accipere, accēpi, acceptum:** to receive, take, hear  
**acūmen, acūminis n.:** point, sharpness, cunning  
**alvus, ī f.:** belly, womb  
**cadō, cadere, cecidī, cāsum:** to fall, sink, plunge  
**committō, committere, commīsī, commissum:** to join, combine  
**conditor, conditōris m.:** founder  
**dūrātus, a, um:** made hard, hard  
**error, erroris m.:** a wandering about, mistake  
**fātum, ī n.:** fate, destiny  
**fīnis, fīnis m. or f.:** border, limit  
**gravis, e:** heavy, burdened, weighed down  
**gutta, ae f.:** drop, spot  
**humus, ī f.:** ground  
**Illyricus, a, um:** of Illyria, a region bordering the Adriatic Sea  
**luctus, ūs m.:** lamentation, grief  
**malus, a, um:** bad, evil  
**miserrimus, a, um:** very unhappy, very miserable  
**num:** (interrog.) introduces a question expecting a negative answer

**ostentum, ī n.:** marvel, portent  
**paulātim:** (adv.) little by little, gradually  
**porrectus, a, um:** stretched out  
**porrigō, porrigere, porrexī, porrectum:** to lay low, stretch out, extend  
**prōnus, a, um:** stooped forward, leaning forward  
**quī, quae, quod:** (rel. pron.) who, which, what, that  
**relegō, relegere, relēgī, relectum:** to gather again, go over again  
**restō, restāre, restitī:** to remain, stand against, oppose (+ dat.)  
**retractō, retractāre, retractāvī, retractātum:** to undertake again, recall  
**squāma, ae f.:** scale  
**supersum, superesse, superfuī, superfutūrum:** to be above, remain  
**tam:** (adv.) so, to such degree  
**tendō, tendere, tetendī, tentum and tensum:** to stretch out, extend  
**teres, teretis:** rounded, polished, smooth  
**trāiciō, trāicere, trāiēcī, trāiectum:** to throw, pierce, penetrate  
**variō, variāre, variāvī, variātum:** to change, alter, diversify  
**vindicō, vindicāre, vindicāvī, vindicātum:** to make a claim, avenge

- 13 dum manus est, dum anguis tōtum mē nōn occupat!” Ille quidem plūra dīcere  
 14 cupiēbat, sed repente lingua in duās partēs fissa est. Quotiēscumque aliquōs  
 15 questūs ēdere parat, sī bilat. Haec vōx quam nātūra illī reliquit erat.
- 16 Coniunx feriēns pectora nūda manū exclāmat: “Ō Cadme, infēlīx, manē et formam  
 17 quam serpēns habēre dēbet exue! Cadme, quid hoc est? Ubi pedēs, ubi umerī  
 18 manūsque, ubi color et faciēs et omnia? Cūr nōn, superī, mē quoque in eandem  
 19 anguem vertitis?” Dīxerat et ille ōra uxōris lambēbat, amplexūs dabat, adsuētum  
 20 collum petēbat. Quisquis adest (comitēs aderant) vīsū territus est. Illa collum  
 21 lūbricum dracōnis cristātī permulcet, et subitō duo dracōnēs serpunt. Quī tunc in  
 22 latebrās subeunt. Nunc dracōnēs placidī meminērunt vītae quam prius habēbant,  
 23 nec hominēs fugiunt nec hominēs vulnere laedunt.

### Commentary

**21–2 Quī tunc in latebrās subeunt:** The relative pronoun *quī* introduces this sentence. Its antecedent is *dracōnēs* in the previous sentence. It is not uncommon in Latin for sentences to begin with relative pronouns which refer to nouns and pronouns appearing earlier in the text.

**22 meminērunt vītae:** Verbs of remembering and forgetting often take a genitive object.

**23 hominēs vulnere laedunt:** Take *hominēs* as the object of *laedunt*.

**adsuētus, a, um:** customary, usual,  
familiar

**color, colōris m.:** color, hue

**cūr:** (interrog. adv.) why

**cristātus, a, um:** crested, plumed

**draco, dracōnis m.:** snake

**ēdō, ēdere, ēdidī, ēditum:** to put forth, give  
out, make known

**exclamō, exclamāre, exclamāvī,**

**exclamātum:** to cry aloud, call out

**exuō, exuere, exuī, exūtum:** to take off, lay  
aside

**feriēns, ferientis:** beating, striking

**fissus, a, um:** split, divided

**infēlix, infēlicis:** unhappy

**laedō, laedere, laesī, laesum:** to strike,  
injure

**latebra, ae f.:** retreat, hiding place

**lūbricus, a, um:** slippery, smooth

**meminī, meminisse:** (defect. verb) to  
remember (+ gen.)

**permulceō, permulcēre, permulsi,**

**permulsum:** to stroke, soften

**placidus, a, um:** quiet, gentle

**plūs, plūris:** more

**prior, ius:** former, previous

**questus, ūs m.:** complaining, complaint

**quidem:** (adv.) surely, in fact, indeed

**quisquis, quaequae, quidquid:** whoever,  
whichever, whatever

**quotiescumque:** (conj.) however often

**repente:** (adv.) suddenly

**serpō, serpere, serpsi, serptum:** to crawl,  
creep

**sībilō, sībilāre, sībilāvī, sībilātum:** to hiss

**subeō, subīre, subīi or subīvī, subitum:** to  
go under, pass under

**vīta, ae f.:** life

## RELATIVE CLAUSES

Relative clauses appear with great frequency in Latin, so it is important to understand how they work. Relative clauses allow one sentence to be subordinated to another. In the sentence *Cadmus, quī conditor Thēbānus fuerat, victus luctū fortūnāque malā et territus ostentis quae plūrima viderat, ex urbe suā reliquit*, the sentence *Cadmus conditor Thēbānus fuerat* has been subordinated to and embedded within the sentence *Cadmus victus luctū fortūnāque malā et territus ostentis quae plūrima viderat ex urbe suā reliquit*. The first sentence thus becomes a relative clause within the second sentence. Relative clauses are introduced by relative pronouns, which, like any pronouns, stand for nouns. A relative pronoun takes its gender and number from its antecedent, but its grammatical function in the relative clause determines its case. In the sentence *Num sacer ille serpēs, quem cuspidē meā trāiēcī et cuius dentēs vīpereōs per humum sparsī, erat?*, the relative pronoun *quem* is masculine and singular because its antecedent is *serpēs*, and it is in the accusative case because it functions as the direct object of *trāiēcī* within the relative clause. The relative pronoun *cuius* is masculine and singular because it also refers to *serpēs*, but it is in the genitive case because it indicates possession within the relative clause. Translate: *That was not a sacred serpent **which** I pierced with my spear and **whose** snakey teeth I scattered on the ground, was it?*

### Relative pronoun

	Singular			Plural		
	Masculine	Feminine	Neuter	Masculine	Feminine	Neuter
Nominative	quī	quae	quod	quī	quae	quae
Genitive	cuius	cuius	cuius	quōrum	quārum	quōrum
Dative	cui	cui	cui	quibus	quibus	quibus
Accusative	quem	quam	quod	quōs	quās	quae
Ablative	quō	quā	quō	quibus	quibus	quibus

The story of Cadmus turning into a snake occurs in Book 4 of Ovid's poem, but it refers back to the story about the foundation of Thebes in Book 3. There, Cadmus slays a serpent and, when instructed to do so by Minerva, sows the teeth of the serpent in the ground, from which armed men grow. In general, snakes are chthonic symbols and signify a close connection to the earth. Athens, like Thebes, had myths about its foundation which involved snakes. Cecrops, an early king of Athens, was thought to be sprung from the earth and to have a snake's form on the lower half of his body, and Erichthonius, another early figure, also was part serpent. The Athenians, like the Thebans, considered themselves to be *autochthonous*.



# Taylor & Francis

Taylor & Francis Group

<http://taylorandfrancis.com>

## 16 Perseus and Atlas

(*Met.* 4.604–62)

*When Atlas refuses to extend hospitality to Perseus, a son of Jupiter by Danaë, Perseus turns the giant into a mountain using the freshly severed head of Medusa.*

- 1 Postquam Medūsa ā Perseō, quem Danaē ā pluviō aurō concēperat, necāta erat,
- 2 spoliū monstri vīpereī ā victōre portābātur. Perseus āera tenerum ālis stridentibus
- 3 carpsit. Cum victor super harēnās Libycās pendēbat, guttae cruentae capitis
- 4 Gorgoneī cecidērunt, quās terra excēpit et in angues variōs animāvit, unde illa terra
- 5 est infesta serpentibus. Inde Perseus per immēsum spatium caelī ventīs
- 6 discordibus actus est, nunc hūc, nunc illūc, ut nūbēs aquōsae. Terrās despectat, et
- 7 tōtum orbem supervolat. Ter Arctōs gelidās, ter brachia Cancrī vīdit. Iamque diēs
- 8 cadēbat, et, veritus sē noctī crēdere, in Hesperīā, regnō Atlantis, constitit. Hīc
- 9 requiēs ā victōre petīta est.

### Commentary

**1 quem Danaē ā pluviō aurō concēperat:** In myth, when Danaë is locked away in a bronze chamber, Zeus visits and impregnates her in the form of a golden shower. Perseus is the product of the encounter.

**2–3 Perseus āera tenerum . . . carpsit:** āera is accusative singular.

**8 veritus sē noctī crēdere:** The word *veritus*, meaning *fearful*, *fearing*, takes an explanatory infinitive here. Translate: *fearing to trust himself to the night*.

**āēr, āeris m.:** air

**āla, ae f.:** wing

**animō, animāre, animāvī, animātum:** to  
endow with life

**aquōsus, a, um:** watery

**Arctos, ī f.:** the constellations known as Great  
and Little Bear, the north

**Atlās, Atlantis m.:** Atlas, the god who holds  
up the sky

**carpō, carpere, carpsī, carptum:** to pluck,  
choose, seize

**concipiō, concipere, concēpī,**  
**conceptum:** to receive, take completely,  
conceive

**crēdō, crēdere, crēdidī, crēditum:** to trust,  
believe (+ dat.)

**Danaē, ēs f.:** Danaë, daughter of Acrisius and  
mother of Perseus

**despectō, despectāre, despectāvī,**  
**despectātum:** to look down

**discors, discordis:** disagreeing, opposed,  
not harmonious

**excipiō, excipere, excēpī, exceptum:** to take  
out, except, receive

**Gorgoneus, a, um:** of a Gorgon, belonging to  
a Gorgon

**harēna, ae f.:** sand

**Hesperia, ae f.:** Hesperia, a western land

**iamque:** (adv.) now, already

**infestus, a, um:** unsafe, dangerous, infested

**Libycus, a, um:** of Libya

**Medūsa, ae f.:** Medusa, a mortal Gorgon  
whose gaze causes petrification

**necātus, a, um:** having been killed

**pendeō, pendēre, pependī:** to hang  
suspended, suspend

**Perseus, ī m.:** Perseus, a son of Jupiter

**postquam:** (conj.) after

**regnum, ī n.:** rule, kingship, kingdom

**requiēs, requiētis f.:** rest

**spolium, ī n.:** spoil, booty

**strīdēns, strīdentis:** hissing, vibrating

**super:** (prep. + acc.) over, above

**supervolō, supervolāre, supervolāvī,**  
**supervolātum:** to fly above

**ter:** (adv.) three times

**unde:** (adv.) from where

**veritus, a, um:** fearful, fearing

- 10 Hic Atlās, fīlius Īapetī, praestāns cunctīs hominibus corpore ingentī fuit. Mille  
 11 gregēs illī totidemque armenta per herbās errābant. Atlās arborem, cuius rāmī  
 12 radiantēs aurō erant et cuius pōma aurea erant, habēbat. “Hospes,” Perseus illī  
 13 dixit, “Sī glōria magnī generis tē tangit (auctor generis mihi est Iuppiter),  
 14 hospitium requiemque petō.” Sed ille memor sortis vetustae erat, quam Themis  
 15 dederat: “Tempus, Atlās, veniet quō tua arbor aurō spoliābitur, et nātus Iove hunc  
 16 titulum praedae habēbit.” Atlās territus pōmārium moenibus clauserat, et omnēs  
 17 externōs ā suīs finibus serpente vastō arcēbat. Atlās Perseō dixit: “Vāde procul!  
 18 Hospitium tibi nōn dabō!”
- 19 Perseus, irātus, Atlantī dixit: “Accipe mūnus, quoniam mea grātia parvī tibi est!”  
 20 Victor, versus retrō, faciem Medūsae porrexit. Subitō Atlās mōns factus est! Barba  
 21 et comae in silvās mūtatae sunt, et umerī manūsque iuga erant. Quod caput ante fuit,  
 22 nunc cacūmen in summō monte est. Ossa lapidēs facta sunt. Tum in immēnsū  
 23 crēvit, et caelum cum tot sīderibus in illō requiēvit.

## Commentary

**10 *praestāns cūcctīs hominibus corpore ingentī fuit*:** The ablative explains in which capacity Atlas excels.

**19 *quoniam mea grātia parvī tibi est*:** The word *parvī* is a genitive of value, indicating what something is worth. Translate: *since my favor is worth little to you*.

**22–3 *Tum in immēnsū crēvit*:** The adjective *immēnsū* is used as a substantive here.

**arceō, arcēre, arcuī, arctum:** to enclose,  
shut in, keep at a distance

**auctor, auctōris m.:** author, progenitor,  
founder

**barba, ae f.:** beard

**cacūmen, cacūminis n.:** top, point,  
summit

**claudō, claudere, clausī, clausum:** to close,  
make inaccessible

**coma, ae f.:** hair

**cunctus, a, um:** all, collectively, the whole

**externus, a, um:** foreign, strange

**genus, generis n.:** birth, origin, class, type

**glōria, ae f.:** glory, fame

**grātia, ae f.:** favor, indulgence, service

**grex, gregis m.:** herd, flock

**hospes, hospitis m.:** host, guest, stranger

**hospitium, ī n.:** hospitality

**iugum, ī n.:** yoke, team of draft animals,  
mountain ridge

**Īapetus, ī m.:** Iapetus, the father of Atlas

**memor, memoris:** mindful, remembering

**pōmārium, ī n.:** orchard, garden for fruit

**pōmum, ī n.:** fruit

**praeda, ae f.:** spoil, plunder

**praestāns, praestantis:** standing before,  
excelling (+ dat.)

**radiāns, radiantis:** shining, gleaming

**sīdus, sīderis n.:** star, constellation

**spoliō, spoliāre, spoliāvī, spoliātum:** strip,  
despoil, rob

**titulus, ī m.:** glory, title, honor

**tot:** (adv.) so many

**totidem:** (indecl. adj.) just as many

**vastus, a, um:** empty, desolate, enormous

**vetustus, a, um:** old

**PASSIVE VERB FORMS****Present indicative passive**

	<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
<i>1st person</i>	animor	animāmur
<i>2nd person</i>	animāris	animāminī
<i>3rd person</i>	animātur	animantur

**Imperfect indicative passive**

	<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
<i>1st person</i>	praestābar	praestābāmur
<i>2nd person</i>	praestābāris	praestābāminī
<i>3rd person</i>	praestābātur	praestābantur

**Future indicative passive**

	<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
<i>1st person</i>	claudar	claudēmur
<i>2nd person</i>	claudēris	claudēminī
<i>3rd person</i>	claudētur	claudentur

**Perfect indicative passive**

	<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
<i>1st person</i>	requiētus sum	requiētī sumus
<i>2nd person</i>	requiētus es	requiētī estis
<i>3rd person</i>	requiētus est	requiētī sunt

**Pluperfect indicative passive**

	<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
<i>1st person</i>	requiēta eram	requiētae erāmus
<i>2nd person</i>	requiēta erās	requiētae erātis
<i>3rd person</i>	requiēta erat	requiētae erant

**Future perfect indicative passive**

	<i>Singular</i>	<i>Plural</i>
<i>1st person</i>	requiētum erō	requiēta erimus
<i>2nd person</i>	requiētum eris	requiēta eritis
<i>3rd person</i>	requiētum erit	requiēta erunt

In this story, Perseus turns Atlas into a mountain by holding out Medusa's severed head. The three Gorgons were called Sthenno, Euryale, and Medusa. They are often represented as hideous women with snakes for hair, large round eyes, protruding tongues, and wings. Their apotropaic, mask-like gaze has the power to turn men to stone, and thus their land features many statues of humans who made the mistake of looking at them. Medusa was the only mortal Gorgon, and, in myth, Perseus manages to avoid her lethal stare by using his shield to look at her reflection rather than directly at her. When Perseus kills Medusa, the hero Chrysaor and the winged horse Pegasus are born from her body.

# 17 Perseus and Andromeda

(*Met.* 4.663–803)

*Perseus rescues the princess Andromeda from a sea-monster and tells guests at their wedding the story of how he conquered the Gorgon and how Medusa came to have snakes in her hair.*

- 1 Ubi Perseus spolium memorābile monstrī vīpereī portābat et āera tenerum
- 2 carpēbat, populōs Aethiopicōs et arva Cēphēa conspexit. Ibi Andromeda immerita
- 3 poenās mātris, quae deōs violāverat, dabat. Perseus vincula fēminam bellam ad
- 4 cautēs dūrās religāre vīdit. Tunc bēluam magnam ex undā venīre vīdit. Fīlius Iovis
- 5 parentibus fēminae dīxit sē Andromedam servātūrum esse. Dixit: “Sī mea nūpta
- 6 erit, Andromedam ē dentibus bēluae ēripiam!” Cassiopē et Cēpheus lēgem
- 7 accipiunt, et filiō Iovis regnum dōtāle prōmittunt. Tunc Perseus bēluam necat, et
- 8 Andromedam ā vinculis liberat.
  
- 9 Cassiopē et Cēpheus gaudent, et generum salūtant. Dīcunt Perseum servātōrem
- 10 domūs esse. Prōtinus Perseus Andromedam praemium factī magnī rapit. Hymēn
- 11 Amorque taedās praecutiunt. Odōrēs ignēs satiant, sēta dē tectīs pendunt, et
- 12 ubīque lyra, tībīa, et cantus sonant. Valvae reserātae sunt, et ātria aurea patent.
- 13 Procerēs Cēphēni rēgiam intrant, et convīvium magnum est.

## Commentary

**2–3 *Ibi Andromeda immerita . . . dabat:*** Cassiopea, Andromeda’s mother, had offended the gods by boasting that she was more beautiful than the Nereids.

**Aethiopicus, a, um:** Ethiopian  
**Andromeda, ae:** Andromeda, an Ethiopian princess  
**ātrium, ī n.:** hall  
**bēlua, ae f.:** beast, monster  
**Cassiope, ēs f.:** Cassiopea, mother of Andromeda  
**cautēs, cautis f.:** crag, cliff  
**Cēphēnus, a, um:** of Cepheus, ruled by Cepheus  
**Cēphēus, a, um:** of Cepheus, a king of Ethiopia  
**Cēpheus, ī m.:** Cepheus, father of Andromeda  
**conspiciō, conspiciere, conspexī, conspectum:** to look at, observe  
**convīvium, ī n.:** banquet, feast  
**dōtālis, e:** given as part of a dowry  
**gener, generī m.:** son-in-law  
**Hymēn, Hymenis m.:** Hymen, a god of marriage  
**immeritus, a, um:** undeserving  
**lex, lēgis f.:** a law, formal agreement

**liberō, liberāre, liberāvī, liberātus:** to free  
**lyra, ae f.:** lyre  
**memorābilis, e:** memorable, remarkable  
**nūpta, ae f.:** married woman, wife  
**odor, odōris m.:** smell  
**pateō, patēre, patuī:** to lie open, be accessible  
**praecutiō, praecutere, praecussī, praecussum:** to shake in front  
**praemium, ī n.:** profit, reward  
**procer, proceris m.:** a chief, prince, noble  
**prōmittō, prōmittere, prōmīsī, prōmissum:** to promise  
**religō, religāre, religāvī, religātum:** to tie  
**reserātus, a, um:** unbarred, opened  
**salūtō, salūtāre, salūtāvī, salūtātum:** to greet, say goodbye to  
**satiō, satiāre, satiāvī, satiātum:** to satisfy, fill  
**servātor, servātōris m.:** savior  
**taeda, ae f.:** torch  
**ubique:** (adv.) everywhere  
**vinculum, ī n.:** chain, bond

14 Postquam procerēs famem epulīs et sitim mūnere Bacchī satiāvērunt, Perseus  
 15 mōrēs animumque virōrum Cēphēnōrum quaesīvit. Quī ēdocuit dixit: “Nunc, ō  
 16 fortissime, dīc fābulam Gorgonis. Quantā virtūte et quibus artibus caput Medūsae,  
 17 crīnītum dracōnibus, superāvistī?” Perseus narrāvit sē per agrōs simulācra  
 18 hominum et ferārum conversa in silicem vīdisse, et sē tamen imāginem Medūsae in  
 19 clipeō aereō adspexisse. Somnum gravem dracōnēs et ipsam tenuisse, et sē caput ē  
 20 collō ēripuisse. Tunc fīlius Iovis dīxit Pēgasum et frātre dē sanguine Gorgonis  
 21 nātōs esse.

22 Ūnus ex numerō procerum quaesīvit: “Cūr Medūsa sōla capillōs mixtōs anguibus  
 23 habet?” Hospes dīxit prīmam formam Medūsae esse clārissimam et capillōs esse  
 24 bellissimam partem tōtius corporis. “Dīcunt rēctōrem pontī hanc fēminam bellam  
 25 in templō Minervae vitiāvisse. Minerva vultum castum aegide cēlāvit, et tunc  
 26 crīnem Gorgoneum in hydrōs turpēs mūtāvit. Nunc quoque dea anguēs quōs fēcit  
 27 in aegide suā sustinet.”

## Commentary

**14 *sitim mūnere Bacchī satiāvērunt*:** *sitim* is accusative singular.

**15 *Quī ēdocuit dixit*:** The relative clause *quī ēdocuit* serves as the subject of the verb *dixit*. The person who asks Perseus to share the story about his conquest of the Gorgon is the man who answers Perseus’ questions about local customs and mentality.

**17–18 *Perseus narrāvit . . . in silicem*:** *conversa* agrees with *simulācra*.

**19–20 *Somnum gravem . . . ēripuisse*:** The indirect statement is dependent on the verb *narrāvit* in the previous sentence.

**24 *rēctōrem pontī*:** This descriptive phrase refers to Neptune, the god governing salty waters and the sea.

**adspiciō, adspicere, adspexī, adspectum:** to look at, notice

**aegis, aegidis f.:** aegis, special chest-armor embellished with a Gorgon-head

**aereus, a, um:** of bronze

**bellissimus, a, um:** most beautiful

**clārissimus, a, um:** brightest, clearest, most famous

**clipeus, ī m.:** shield

**conversus, a, um:** turned

**crīnis, crīnis m.:** hair

**crīnītus, a, um:** hairy

**ēdoceō, ēdocēre, ēdocuī, ēdoctum:** to explain, inform fully

**epulae, ārum f. pl.:** food, feast

**famēs, famis f.:** hunger

**fortissimus, a, um:** strongest, bravest

**Gorgō, Gorgonis f.:** Gorgon, a mythical monster

**hydrus, ī m.:** water-snake

**mixtus, a, um:** mixed

**mōs, mōris m.:** custom, habit

**numerus, ī m.:** a number

**Pēgasus, ī m.:** Pegasus, flying horse born from Medusa

**rēctor, rēctōris m.:** ruler

**silex, silicis m.:** stone

**sītis, sitis f.:** thirst

**somnus, ī n.:** sleep

**sustineō, sustinēre, sustenuī, sustentum:** to hold up, carry, sustain

**virtūs, virtūtis f.:** manliness, excellence, virtue

**vitiō, vitiāre, vitiāvī, vitiātum:** to injure, damage, rape

**INFINITIVES****Active**

<i>Present</i>	tenēre	to hold
<i>Perfect</i>	tenuisse	to have held
<i>Future</i>	tentūrus, a, um esse	to be about to hold

**Passive**

<i>Present</i>	tenērī	to be held
<i>Perfect</i>	tentus, a, um esse	to have been held
<i>Future</i>	tentum īrī	to be about to be held

**INDIRECT STATEMENT**

